



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. X. Subditos quoad domicilium absolvit Episcopus à casibus occultis
extra propriam Diœcesim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

CONCLUSIO X.

Subditos quoad domicilium absolvit Episcopus à casibus occultis extra propriam Dioecesim.

204.
Ratio dubi-
tand.

Non est ne-
cessus Epis-
copum &
subditum
intra pro-
priam Dio-
cesim exi-
stere.
Suarez.
Sanchez.

205.

Probatur
Episcopum
non debet
existere.

Responso
Adversario
sum.

Rejicitur
ex Trident.

Tota difficultas oritur ex illis verbis Trident. In Dioecesi sua, quæ referri possunt vel ad solum Episcopum, ita ut hic dumtaxat debeat esse in propria Dioecesi, ubicumque fuerit subditus; vel ad subditum tantum, ita ut ipse debeat esse in propria Dioecesi, ubicumque existat Episcopus; vel ad Episcopum & subditum, si ut tam hic, quam ille debeat esse in propria Dioecesi.

Et quidem non esse necesse utrumque intra Dioecesim existere, est communis sententia Suarri de Cens. Disp. 41. Sect. 2. n. 11. Sanchii in Sum. lib. 2. c. 1. n. 15. & Aliorum. Quia, inquit, Suarez suprà in fine, neque ex vi verborum id significatur; neque oportet concessionem restringere, plusquam verba cogant.

Sed nunquid verba illa cogunt restringere potestatem Episcoporum ad propriam Dioecesim, sic ut ipse existens in aliena Dioecesi, non possit subditum existentem in propria Dioecesi absolvere? Negat Suarez suprà, quem sequitur Sanchez suprà n. 16. & probat: quia per verba tam ambigua, & commodè sanum sensum patientia, non est credendum Tridentinum voluisse ita arctare facultatem Episcopi, ac omnia jura corrigeri, quæ iurisdictionem voluntariam extra propriam Dioecesim exerceri posse docent.

Sed ad hoc respondent Adversarii; nullatenus per illam restrictionem seu arctionem derogari juri communii, & exercitio voluntaria iurisdictionis; sicut non est derogatio iuri communis, quod Absolutio solum concedatur pro foro conscientiae. Quippe cum Episcopus in illis reservatis nullam haberet potestatem, potuit Pontifex seu Concilium illas conditions apponere, absque juris communis derogatione.

Esto, potuerit apponere illas conditiones, non satis constat, eas apofuisse: quia, ut bene Sanchez suprà, quando aliquid extra Dioecesim fieri noluit, non verbis ita ambiguis, sed clarissimis explicitum, ut sess. 6. c. 5. de Reform. ibi: Nulli Episcopo liceat, cuiusvis privilegii pretextu, Pontificalia in alterius Dioecesi exercere.

Et sess. 23. cap. 1. de Reform. volens ut antiquior Episcopus, in propria Dioecesi existens, ex suffraganeis, approbet causas absentiæ Archiepiscopi, dixit: Episcopo antiquiori residenti. Ubi illa particula; Residenti, clare

demonstrat opus esse, ut intra propriam Dioecesim existat; non enim alias dicitur testans.

Cum ergo favores sint ampliandi, & odia restringenda, ac contra eum, qui legem dicere potuit apertius, interpretatio sit facienda, quidni impräsentiarum contra Concilium, quod apertius potuit dicere legem, interpretatio sit facienda, & potestas iurisdictionis voluntaria amplianda seu extenda ad Episcopum, existentem in aliena Dioecesi?

Ita nobiscum docet Lugo de Fide disp. 23. n. 73. Licet enim quod actus Pontificales qui concernunt potestatem Ordinis, propter auctoritatem quamdam & maiestatem, quam præ se ferunt, attendatur, ne Episcopus in alterius Dioecesi eos exercet sine ejus consensu quod hos tamen actus iurisdictionis voluntariae, qui non habent ejusmodi solemnitatem & pompam externam, parvum curat Episcopus, quod aliud Episcopus in ejus Dioecesi, sine eius licentia, eos faciat circa proprios subditos; alibi existentes, circa quos ipse Episcopus, in cuius Dioecesi ille alius Episcopus commoratur, nihil potest exercere, eo quod non sint ejus subditii. Hæc ille.

Quid ergo, inquis, si Episcopus existens in aliena Dioecesi, in eadem inventis subditos suos quod domicilium; nunquid potest ibi eos absolvere? Jam enim neque ipse est in sua Dioecesi, neque subditii sui sunt in propria Dioecesi. Aliunde autem, potest ipso ibi absolvere à peccatis non referatis:

Respondet Card. suprà: Episcopos multum pertinet, ne circa subditos, qui ad eum jam pertinent, dum ibi commorantur, alius Episcopus sive præfens, sive absens, illos actus exerceat. Cum enim hi eo tempore deberent ad ipsum Episcopum recurrere, in cuius Dioecesi sunt, molitus ei præjudicatur, si possint ad proprium Episcopum recurrere, ipso relato, quoque invito se ostendere absoluuntur, qui antea excommunicati erant. Ut igitur hæc occasio querela Episcopis tolleretur, & debita servetur pax, prudenter cum ea limitatione facultas abolvendi concessa fuit, ne subditii extra Dioecesim commorantes à proprio Episcopo abolerentur, sed ad illo, apud quem actu sunt. Haec enim Eminent.

Et continuò atrox: Ego potissimum ad hanc sententiam amplectendam móveor; quia non videretur esse iuxta sensum Sacra Congregatio-
nis, si considerentur ejus verba in response-
illa suprà relata; loquendo enim de subdito,
qui extra propriam Dioecesim commoratur,
de quo quærebatur, quid circa ipsum potest
Episcopus proprius absens, ex vi illius Tri-
dentini Decreti, dicunt; Posse ipsum ab olvi in
Sacramento Pœnitentia ab illo Episcopo, in cuius
Dioecesi vel civitate commoratur.

Quamvis autem non dixerint exples; non
potest

posse absolvī à proprio Episcopo , hunc tamen fuisse Cardinalium sensum significant satis verba , immediate subsequentia , quibus redditur haec ratio : quia Nuntius , qui possunt absolvere excommunicatos ob infectionem manis in Clericos , non possunt absolvere subditos extra Provinciam .

Quod exemplum probat etiam de absolucione à censura , quasi diceret ; sicut Nuntius , quia accepit potestatem limitatam ad exercendam illam intrā Provinciam , non potest absolvere subditum , extra illam existentem , ita nec Episcopus , cui data est facultas absolvendi subditos *In sua Diocesi* , poterit vi hujus facultatis absolvere eos , extra illam vagantes . Unde constat , verba illa : *In sua Diocesi* , intellecta fuisse à Congregatione , ut limitantia facultatem , ne exerceretur cum subdito extra Diocesum commorante . Hucusque Lugo .

Ego autem dico : hæc Declaratio (quam vide lupp. n. 176.) neminem debet moveare , ad hanc sententiam amplectendam ; non enim hic querimus , an possit Episcopus , in aliena Diocesi suum subditum absentem absolvere in Sacramento Pœnitentia (de qua Absolutione loquitur hæc Declaratio , ut manifestum est ex ejus verbis) constat quippe Absolutionem sacramentalem requirere præsentiam , ut ibidem Congregatio declarat : sed quæritur , an Episcopus in aliena Diocesi suum subditum præsentem possit sacramentaliter absolvere , aut absentem extra Sacramentum , quod non fuit ibi quæsumus , nec decimus , ut probat exemplum Confessionis , quo utitur illa Declaratio dicens : Accedit etiam , quid Concilium loquatur de Absolutione sacramentali in foro Conscientia , qua requirit præsentiam exemplio Confessionis , qua non potest fieri per nuntium vel per literas . Ergo loquitur Congregatio de Absolutione sacramentali , quæ fieret per nuntium vel per literas : nos autem hic agimus de Absolutione non sacramentali , vel de sacramentali , quæ fieret in præsencia Episcopi & subditii , utroque simul existente in aliena Diocesi .

Ex quo etiam responderetur ad exemplum Nuntii , quod ibidem assertur ad probandum , inquit Lugo suprà , non posse Episcopum absolvere subditum distantem , & existentem extra Diocesum . Quod juxta dicta ego intelligo , de Absolutione in Sacramento Pœnitentia ; nam de hac loquitur Congregatio , ut statim dixi ; proinde perperā assertur illud exemplum , nisi de tali Absolutione intelligatur : jam autem verissimum est , neque Nuntium , neque Episcopum posse absolvere in Sacramento Pœnitentia , live à peccatis , live à censuris , subditum distantem , & existentem extra Diocesum .

Si dixeris ; hoc nimis clarum est , quām ut indiget speciali Declaratione . Respondeo : mihi est suspecta illa Declaratio , adeoque me-

lius dicitur , ut superiùs adhuc dixi , eam non esse authenticam , ac proinde parū curandam , nec propter eam amplectendam sententiam Lugonis .

Quamquam & eandem doceat Suarez de Censi. disp. 41. sect. 2. n. 10. & 11. & de Pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 3. fundans se in verbis Concilii : *In Diocesi sua* , quæ alijs forent superflua . Rationem autem Concilii putat suam ex aliqua confederatione morali ; quia , inquit , proper majorē pacem & meliorem ordinem , voluit facultatem hanc limitare non tantum ad personas , sed etiam ad territoria & loca .

Respondeo ad rationem ; cùm hæc Absolutione live in Sacramento , live extra Sacramentum sit actus jurisdictoris voluntariæ , idque rationem . pro solo foro conscientiae , non est perturbativa pacis , eti in aliena Diocesi exercatur , magis quām Absolutio à peccatis non reservatis , vel dispensatio in votis , & aliis legibus , que tamen fieri possunt in aliena Diocesi juxta communem sententiam .

Unde per ipsam partum vel nihil prejudicatur Episcopo alienæ Diocesis , cùm non debeat ad eum recurrere , nisi per accidens ; sed possint de per se diffire Absolutionem , usque dum regrediantur ad propriam Diocesim ; neque eo invito , secundum Aliorum sententiam , possent se ostendere absolutos , qui antea excommunicati erant ; quia in foro externo non prodest illa absolutio , ut proinde Episcopus , Hæreticum sic absolutum , posset trahere ad judicium .

Deinde , qui antea erant voto adstricti , etiam eo invito , possunt se ostendere absolutos , & tamen propterea nemo negat , illam absolutionem esse validam , aut affirmat , per illam turbari pacem , vel fieri aliquod prejudicium Episcopo illius Diocesis ; estò etiam ipse posset in voto illo dispensare , quia v. g. æqualiter habitat in utraque Diocesi .

Nec ideo erit superflua illa particula : *In Diocesi sua* ; quia addita est majoris claritatis gratia , ut sensus sit : *Quosecumque fibi subditos , etiam solum ratione existentes in sua Diocesi* , cùm alioquin per subditos ordinariè intelligamus subditos quoad domicilium . Ut ergo , absque aliqua hæsitatione , etiam intelligeremus advenas & peregrinos , adjunxit Concil. illa verba : *In Diocesi sua* .

Alii putant , addita esse illa verba , ad excludingos subditos in temporalibus , qui non pertinent ad ejus Diocesim . Item subditos in Abbatis aliqua , qui non subduantur ei , ut Episcopo , sed , ut Abbati .

Sed contrà , dicet aliquis : facultas concessa Episcopis , absolvendi subditos , ex se significat satis aperte sensum formalem , nempe de subditis Episcopo , ut Episcopo . Alioquin cum verba illa : *In sua Diocesi* , non sine addita in

Quare Codi^a
cii addicte
tir illa verba ; in Dioc^a
esis sua.

Rejicitur
Aliorum
explicatio.

in facultate , paulo ante in eodem Decreto concessa Episcopis , ad dispensandum in irregularitatibus & suspensionibus occultis , & non deductis ad forum contentiosum , sequeretur , posse Episcopum dispensare cum subditis suis temporalibus , non pertinentibus ad eius Diocesem , quod nemo concedet.

An Episcopus possit dispensare cum iis , qui ei , non ut Episcopo , sed ut Abbatii subduntur : quia facultas Episcopo , ut Episcopo concessa , semper intelligitur in ordine ad subditos , qui ei , ut Episcopo subduntur , etiam si alia explicatio non addatur , qua si addenda erat , cur non fuit etiam in priori concessione addita ? Ita interrogat Lugo supra n. 72.

Respondeo ; quia in priori concessione nulla fit mentio subitorum : at vero in posteriori ponitur ly Quoscumque subditos , quod comprehendet subditos in temporalibus (nam & hi , aliqui subditi sunt) nisi adderetur : In sua Diocesi , id est ratione Diocesis .

Si inferas ; ergo Episcopi poterunt dispensare cum subditis suis temporalibus , non pertinentibus ad eius Diocesem , quia in priori parte non additur ly In sua Diocesi .

Solvitur.

Respondeo , Neg . Conseq . qui non ponitur etiam ly Quoscumque subditos ; adeoque prima concessio intelligenda est secundum jus commune , id est . Episcopum posse dispensare in irregularitatibus &c . cum illis , cum quibus potest dispensare in aliis iuribus . Praterquam , quod , secundum Sanchium l. 2 . Sum . cap . 11 . n. 10 . in fine , Decretum Tridentini non sit ita formaliter intelligendum , ut petat subjectionem Episcopo , quatenus Episcopus est .

Itaque , ut finem imponamus huic controversiae & Conclusioni ; dico cum Sanchio supra n. 17 . in fine , legitimum sensum eorum verborum esse , Quoscumque sibi subditos in sua Diocesi , ut nullatenus jurisdictionem Episcopi limitent , sed tantum velint , Episcopum posse absolvere quoscumque sibi subditos , & quomodocumque sibi subdantur ; nempe vel quia sunt ordinarii subditi , utpote qui ibi domicilium habent ; vel quia subduntur quoad solum Poenitentie forum , eo quod in sua Diocesi inveneriantur , tamquam advenae & peregrini .

Sicut ergo Episcopus suos subditos quoad domicilium potest absolvere ab aliis excommunicationibus , etiam tam ipse quam subditi sint extra Diocesem ; ita quoque vi hujus Decreti Concil . Trid . potest eisdem absolvere ab excommunicationibus , Pontifici reservatis , etiam tam ipse , quam illi sint in aliena Diocesi . Insuper , ut progrediamur in hac materia :

216.

Quis sit
securus ho-
rum verbo-
rum : Quo-
cumque sibi
subditos &c.

CONCLUSIO II.

Episcopi absolvunt à quibuscumque casibus Papalibus , habentibus excommunicationem annexam , eos , qui ob impedimentum , etiam tantum temporale , Pontificem , vel ab eo delegatum , adire nequeunt ; dummodo jurent , exceptis impuberibus , quod cessante impedimento se illi sustent , relapsuri aliis in eandem censuram . An autem hoc debeat , aut possit extendi ad reservata aliis Prælatis , incertum est .

Hec Conclusio colligitur ex jure Canonico , cap . 11 . de Sent . Excom . ubi sic scribit Pohtifex Alex . III . Cenonamen . Episcopo : De catero neveris , quod si qui pro violentia manu inlectione in Clericum , est vinculo excommunicationis affrictus , si habens capitales immunitates , vel alias iustas excusationes , quibus ab intenti rationabilitate excusat , ita quod sine pericolo ; Apostolico se nequeat conspectu praæsentare ; licet Diocesanum Episcopo , recepto iuramento ; secundum mortem Ecclesie , sibi abolutionis gratiam impetrari . Sed eti illi sub iuramento debito inungendum , ne quācumque opportunitatem haberit , Romanum Pontificem aderat , Mandatum Apofolicum suscepimus .

Item cap . Quod de his 26 . eodem tit . isti Fraternitati tue duabus respondendum , quod si quis assert , se in Canonem late sententia incassif , non aliter , quam per Sedem apostolicam , vel eius Legatum , ab solutione potest beneficium obtinere ; nisi forte in mortis articulo ; vel paupertate aut infirmitate , vel senectute tanta gravetur , quod ad Ecclesiam Romanam laborem subire non valcat veniendo : vel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur . Ceterum ab his in forma sacramenti exigi conseruit , ut resumpti viribus , & opportunitate conceperit , Romanam Ecclesiam in proprio persona debeant visitare . Ita Clemens III .

Consimiliter loquitur Greg . IX . cap . 58 . eod . tit . Quāvis incidentis in Canonem late sententia , propter violentiam manu inlectionem , iuxta proprias facultates eis satisfaciat , quibus iniuriasrogavit , non tamen aliter , quam per Sedem apostolicam , vel eius Legatum , ab solutione potest beneficium obtinere : nisi imminentे mortis articulo , infirmitate , immixtia , aut inopia , puerile vel similitate , fragilitate sexus , seu alia corporis impotentia , sive quolibet impedimento canonico retrahatur ,